

NvK an den Dogen von Venedig (Pasquale Malipiero). Trotz einer kürzlich geschlossenen Vereinbarung sei es erneut zu Grenzstreitigkeiten zwischen den Bewohnern von Enneberg und Ampezzo gekommen. Der Doge möge den Hauptmann von Cadore anweisen, den Streit vorerst ruhen zu lassen.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 127. Über dem Text: Duci Veneciarum.

Illustrissime princeps et domine singularissime. Post mei commendacionem. Dum alias inter homines excellencie vestre de Empezzo, comitatus Cadubrii, et homines de Marubio<sup>2)</sup>, nostre Brixinensis diocesis, super nonnullas pratis et bestiis diferencia esset exorta, Gabriel Brack<sup>3)</sup>, servitor noster, tunc capitaneus castris nostri Andracii pro bono pacis et concordie fide iubebat pro homines de Marubio pro summa centum ducatorum de stando iuri super huiusmodi diferencia<sup>4)</sup>; nunc vero homines vestri de Empezzo, dicentes alios de Marubio in penam huiusmodi incidisse, illis de Marubio contrarium dicentibus. Cum autem, illustrissime princeps, propter novitates ex post in eadem districtu subortas non poterit huiusmodi diferencia pro nunc bene diffiniri, rogo d. v., ut magnifico capitaneo vestro Cadubrii<sup>5)</sup> committere velit et mandare, ut in huiusmodi causa supersedeat, quousque pacatis aliquantum dictis novitatibus possit de iure parcium videri. In hoc excellencia vestra michi summa complacebit. Intendo enim, quam cito vacare ad hoc potero, omnia in ea causa facere, que iusta reperientur. Offero celsitudini vestre omnia michi possibilis servicia. Ex Senis.

<sup>1)</sup> Datierung im Anschluss an den Brief Nr. 6283, der in der Handschrift unmittelbar vorausgeht. Der Brief setzt die Absetzung des Gabriel Prack als Hauptmann von Buchenstein voraus, kann also erst nach Ende April 1460 verfasst worden sein. Der Ausstellungsort Siena passt ebenfalls in diese Zeit. NvK hielt sich von Ende Juni bis Ende September dort auf; s.o. Nr. 6234 und unten Nr. 6365.

<sup>2)</sup> Enneberg.

<sup>3)</sup> Gabriel Prack, ehemaliger Hauptmann von Buchenstein; s.o. Nr. 6174.

<sup>4)</sup> Zu den Grenzstreitigkeiten zwischen Ampezzo und Enneberg vgl. zuletzt oben Nr. 5787, 5930. Vgl. auch einen Kundschaftsbrief des Freidank Gössel aus Mühlbach (zu ihm s.o. Nr. 2660 Z. 5, 5096) über die Grenzen zwischen Enneberg und Ampezzo auf der Alpe Sennes vom 15. September 1460; Or.: INNSBRUCK, TLA, Stift Sonnenburg, U 103.

<sup>5)</sup> Ludovico de Secreto, Hauptmann von Cadore; s.o. Nr. 5930.